

Alte Drucke

... Peri Zōēs Disputatio Physica In Academia Lipsiensi Accuratißimæ inclyti Collegij Philosophici censuræ submißè tradita, & pro loco in eodem ...

Rumpel, Valentin

[Lipsiae], 1599

VD16 ZV 31072

DE VITA.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149836

DEVITA.

THEMA

I.

Praclarè dictum est à Platone in con-
uius. η θνητὴ φύσις ζητεῖ κατὰ τὸ δυνατόν αἰετῶς
εἶναι καὶ ἀθάνατον, cui σύμφωνος est Aristote-
les in 2. de an. 4. inquiens: πάντες δὲ αἰετῶς καὶ
θεῖος μετέχοντες ὀρέγεται ἡ διύα, καὶ κείνη ἐνεκα πάντων ὅσα κατὰ φύ-
σιν πράττει.

2. Etsi enim nemo nostrum est, qui ignoret, suam cuius-
vitam usui saltem, non mancipio datam esse: Nihilominus
tamen omnes mortem reformidamus, immortalitatem natu-
rae quasi instinctu exoptamus & quavis ratione expetimus.

3. Verum cum in hac corporis fragilitate eam assequi non
liceat: Nos eò contentius vitam tueri, atque maxime salutem
consecrari debemus, quò minus non tantum à natura il-
lius, verum & à pietatis quasi stimulis ac legibus receden-
dum est.

4. Vitam autem quàm commodissimè tuebimur, si eius es-
sentiam & causas probè cognitas, perspectasq. habuerimus.
In quem finem hac παχυλως καὶ ὡς ἐν τύπῳ ad placidam συ-
ζήτησιν ponere placuit.

5. Versabitur autem tota disputatio in legitime defini-
tionis inuestigatione, cuius conditionibus breuiter explicatis,
non est quod amplius quid exquiratur.

6. Atque ut ab ipso definitorem auspicemur, vite mul-
tiplex est significatio. Primo enim in libris μετὰ τὰ φυσικά
rebus diuinis & ἀπλῶς consideratus attribuitur: Secundum
quam

quam significationem Deus, angeli, beata defunctorum anima vivere dicuntur, quam vitam non solum S. S. scriptura, verum & Ethnici Philosophi felicissimam nuncupant.

7. Sic enim apud Ciceronem Cato Maior: Ego vestros patres, &c. vivere arbitror, & eam quidem vitam, quae est sola vita nominanda. & paulo post: animus cum excessit è vita, tum denique vivit. Sic Aristoteles in 1. de caelo 9. τὰ ἐξω ἔσονται ἀαλλήματα καὶ ἀπαθὴ τὸ δέξιόν ἐχοντα ζῶν καὶ τὸ αὐταρκετά τὸ δεξιὸν ἅπαντα αἰῶνα.

8. Deinde de rebus humanis & caducis usurpata vox vita, aut κοινῶς ἢ μετὰ Φοβικῶς accipitur, aut ἰδίως ἢ Φυσικῶς.

9. Κοινῶς usurpata voce apud poetas & oratores ignis vivere, virtus post funera vivere, vox viua, imago, color, calor & fons viuus dicitur: Eadem significatione usus Plinius lapides viuos appellat, qui clauo aut altero lapide percussi scintillas edunt: Sic hydrargyrum argentum viuum appellamus, item vinum viuum, distinctum ab aceto, quod Galenus in 4. de simpl. med. & alij οἶνον νενεκρωμένον vocant.

10. Tandem ἰδίως καὶ Φυσικῶς accepta vox vita iterum πλεοναχῶς λέγεται teste Aristotele 2. de an. c. 2. & 9. Ethic. c. 9. ubi ita inquit: τὸ ζῶν ὁρίζον τοῖς ζώοις διωάμεν αἰοδήσεως, ἀνθρώποις ὃ αἰοδήσεως καὶ νοήσεως: Adde vel premitte: τοῖς Φυτοῖς διωάμεν θρέψεως. Qua nominis distinctio cum à subiecti & causa efficitur, declaratione pendeat, suo loco deinceps melius innotescet.

11. At ne cuius erroris mater fiat ista vocis ὁμωνυμία, nos missis ceteris significationibus hic cum Aristotele in fine lib. 1. de an. & 2. de an. c. 1. & 2. ζῶν λέγομεν τὸ δι' αὐτὸ τρεφῆναι τε καὶ αὔξηναι καὶ φθίσαι; Et vitam accipi volumus, quatenus ἀπὸ τῆς πρώτης καὶ κοινωτάτης διωάμεως ἐστὶ ψυχῆς. 2. de an. 4.

12. Ceterum ἔτι μὲν quod attinet, ζῶν quasi ζῆν dicta videtur

detur Aristoteli in 1. de an. 2. τὸ δὲ ζῆν, quod est ferreo,
aſtuo: Ratio Etymologia ibidem additur, ὅτι ἀπὸ τοῦ ζεῦρον
τὸ ζῆν ἀνόμενον. Ad quam ſententiam alludens Scaliger in
Exercitat. cum Aristotele in c. 7. l. de mundo τὸν θεὸν ζῶντα
καὶ διὰ dictum vult ὥς δὲ ὁν ζῶμεν utpote per autorem calo-
ris & diei ſine lucis.

13. Ad eſſentiam rei ut tandem accedamus, apud di-
verſos authores diverſa habentur vite definitiones: In pri-
mis verò genus quod attinet, in eo maximopere variant.

14. Fuerunt enim qui ζῶν dicerent eſſe ζῆν καὶ
μολὴν & εἶναι, ut ex Camerarij definitionibus liquet: Ad quo-
rum ſententiam ſermè accedere videtur Viues, cui vita eſt
conſervatio instrumentorū, quibus anima in corpore viitur.

15. Alij & quidem poſiſſimum medici vitam vel ipſas
facultates animæ, vel eiſdem ſunctiones ſive actiones eſſe
contendunt: Quorum omnium ſententias Scaliger Exerc.
102. ſ. 5. & cum ſecuti alij confutant. Quæ refutatio cuius
ſit momenti aliorum eſto iudicium.

16. De hoc ſanè conſtat, non admodum errare ab eſ-
ſentia vite eos, qui operationem ſive actum animæ, quem
Græci vocant ἐνέργειαν & ἐντελέχειαν, generis loco ponunt.

17. Videtur enim & ipſe Ariſtoteles id genus approbare
in 2. de an. 4. inquiens: τὸ ζῆν τοῖς ζῶσι τὸ εἶναι ἐſτῇ.

18. Quid autem per illud εἶναι velit intelligi, ibidem 2.
de an. 2. & alibi explicat, ubi vivere nihil aliud eſſe docet,
quàm nutriri, ſentire, intelligere.

19. Quæ utiq; ἐνέργειαν, ἐντελέχειαν, ſive eſſentiam a-
liquam repræſentant, ſtuentem ab eiſmodi forma, cuius pro-
prium eſt illud εἶναι dare.

20. Caterum in 1. περὶ μακροβ. ζῶν dicitur κοινωνία ψυ-
χῆς καὶ σώματος. Et in 8. pr. Philoſ. ult. σωθῆναι καὶ σω-
θεσμός ψυχῆς σώματι.

21. Quae omnia licet vitae essentiam non obscure exhibere videantur: Optima tamen videtur esse definitio, quam in lib. de vita & morte ex professo ponit Aristoteles: Eamque nos hic defendere conabimur, de alijs suum cuiusque liberum relinquentes iudicium.

22. Definitio igitur vitae talis esto: Ζωή ἐστὶ μὴ ψυχῆς δεσπικῆς σὺν τῷ δεσμῷ ἐν σώματι. Vita est permansio animae vegetantis cum calore in corpore.

23. Genus positum est quasi quadam (liceat ita cum Scaligero Exerc. 23. & 31. loqui) generationis continuatio siue perpetuata generatio.

24. Ad causas vitae quod attinet, subiecto adeo arte annexa atque immersa est causa efficiens, ut absque huius mentione illud declarari & vel nominari nequaquam possit.

25. Quod ostendere videtur Aristoteles inquit: 2. de an. 1. πᾶν σῶμα φυσικὸν μετέχον τῆς ζωῆς ἐστὶ ἀνὰ τὴν ἐξ ἑαυτοῦ, ὡς σπέρμα.

26. Et quandoquidem ἐστὶ ibidem ab Aristotele triplex constituitur: 1. τὸ μὲν εἶδος. 2. τὸ ἡ ὕλη. 3. τὸ ἡ ἐξ ἀμφῶν: Hoc in loco, quid per ἐστὶ illam σπέρμα velint intelligi, paucis potest declarari.

27. Prima enim ἐστὶ τὸ εἶδος forma, quae est in corpore viuo anima, cum sit ἀπαθὴς καὶ ἀνώδυτος; vitae subiectum esse nequit.

28. Altera ἐστὶ ὕλη, quae cum mera sit δυνάμεις, ut ibidem Aristoteles loquitur, ideo & ipsa subiecti locum non obtinet.

29. Reliquum est igitur ut tertiam ἐστὶ τὸ ἐκ τῶν σπέρματε τὸ ἐξ ἀμφῶν, hoc est, id quod ambobus, corpore sc. & anima constat, admittamus.

30. Quare οἰκῶν ὑποκείμενον siue πρῶτον δεκτικὸν ζωῆς ponimus σῶμα ἐμψυχον, corpus animatum.

Διορί-

31. Διορίσθαι γὰρ τὸ ἐμψυχον ἔσθαι ἀψύχον τῷ ζῆν, inquit Aristoteles 2. de an. 2.

32. Unde apparet vitam esse ἴδιον πάθος corporis animati, quod & uni soli corpori animato, & omnibus, quae sub eo continentur, & semper inest.

33. Comprehendit autem corpus animatum sub se cum plantam, tum etiam animal & hominem: quae postrema tamen hic cum restrictione accipienda sunt.

34. Non enim hic ad subiecti considerationem referimus animal & hominem ἢ τοιαῦτα, hoc est, quatenus ea sentiente & rationali anima viuunt & definiuntur; sed quatenus viuunt vitam plantarum; cum ratio & sensus in iis planè non sint absq. anima vegetante.

35. Unde benè inquit Aristoteles, l. de respir. 4. τὰ ἄλλα δυνάμεις ψυχῆς ἀδύατον ὑπάρχειν ἀπὸ τῆς θρεπτικῆς: quae ideo 2. de an. 4. πρώτη dicitur, καὶ κοινωτάτη: Et de iuu. & sen. 1. & 2. dicitur: τὸ ζῶν ἢ ζῶον ἀδύατον μὴ ζῆν, ἢ ὃ ζῆ, τούτῃ ζῶον ὑπάρχειν σὺν ἀναγκαίῳ.

36. Hinc est, cur cum Aristotele 2. de an. 2. statuamus τὸ ζῆν πλεοναχῶς λέγεσθαι, cuius rei superius etiam quandam περὶ κατάληξιν attulimus. Neq. enim hic disputamus de vita, ut est ἐνέργεια αἰσθητικὴ vel διανοητικὴ, sed ut est θρεπτικὴ.

37. Sunt autem qui plantis animam vegetantem planè inesse negent, adeoq. etiam vitam non nisi ὁμωνύμως iis attribuant, quippe cuius principium sit non anima, sed communis natura.

38. Huius opinionis sunt quidam Medici, secuti illud Galeni in 1. de natur. facult. 1. ubi inquit: ὑπὸ μὲν ψυχῆς τε ἅμα καὶ φύσεως τὰ ζῶα διοικεῖσθαι φαμεν, ὑπὸ δὲ φύσεως μόνως τὰ φυτὰ, καὶ τὸ γ' αὐξάνεσθαι τε καὶ τρεφεσθαι φύσεως ἕργα φαμεν, & ψυχῆς. Sic opinatus est etiam Empedocles cum quibusdam alijs priscis Philosophis, quos Aristoteles 2. de an. 4. refutare videtur.

39. Vn-

39. Unde sumpta videtur illa adhuc hodie Medicis usitata appellatio prima & communissima facultatis, quam naturalem vocant: sicut & spiritus anima vegetantis officinae destinatos naturales appellant.

40. Nos verò missis istis opinionibus, utpote iamdudum ex sanioris philosophiae schola explosis, Galeno & eius hac in parte sectatoribus inter cetera illud Aristotelis ex 2. de an. 2. 3. 4. opponimus: Διὸ καὶ τὰ Φυόμενα πάντα δοκεῖ ζῆν· Φαίει· ὅτι ἐν αὐτοῖς ἔχοντα διώκουν καὶ δέχων τοιαύτων, δι' ἧς αὐξήσιν τε καὶ φθίσιν λαμβάνει καὶ οὖν ἐναλίεως τόπας.

41. Nec est quod quoenquam in contrariam opinionem trahant voces illae δοκεῖ & Φαίειται, quas Aristoteles non ex dubitatione, sed modestia quadam, sibi frequenter erga sui temporis Philosophos & Medicos usitata, illic usurpat.

42. Ex iam commemoratis faciliè deducimur ad σωαρχῆς αἰτίον ζῶης, quod est ψυχὴ θεητική, qua posita vel sublata, ponitur vel tollitur continuò ipsa vita. Est enim primum efficiens, quod à nullo priore agente mouetur vel regitur teste Aristotele in 8. Phys. c. 9.

43. Hanc causam manifestè ponit Aristoteles multis in locis, ut in 2. de anima 2. ἐστὶ γὰρ ἡ ψυχὴ τῶν ζῶντων σώματων αἰτία καὶ δέχνη. Item τὸ μὲν ἐν ζῆν διὰ τὴν δέχνην ταύτων ὑπάρχει πάντι τοῖς ζῶσι. Et ἡ ψυχὴ τῶν ζῶντων πρώτως &c. Ibid.

44. Qua vox πρώτως arguit & confutat eos, qui vitam à calore ut causa efficit. legitima dependere opinantur. Nam calor est σωματικόν, anima verò est forma viventis, adeoq; etiam δέχνη ζῶης, ut vel ex ipsa anima definitione constat.

45. Additur autem calor in definitione, quod ψυχὴν θεητικὴν αἰὲς & φυσικὴν πρὸς ὑπάρχον ἀδιώκτον, de respir. 4. quod etiam ex ipsis vite terminis apparet.

46. ὅτι enim est μέτεξις θεητικῆς ψυχῆς σὺν τῷ θερμοῦ σώματος· τὸ δὲ αἰλυσίς ψυχῆς καὶ σώματος διὰ τὴν & θερμοῦ φθοράν.

47. Huius

47. Huius caloris tanta est cum spiritu vitali unio & coniunctio, ut difficilis sit eorum discretio: Vnde Scaliger inquit, Exerc. 280. Spiritus sunt quasi quadam corpora caelestia, adeoque idonei ad anima, corporumque coniunctionem, ut nihil aliud calorem naturalem scriptum reliquerint sapientes, adeoque tenues, ut solo qualitatis nomine dignos arbitrati sint.

48. Ideoque ambo sepe promiscue pro uno & eodem accipi videntur apud Aristotelem, qui calorem non tantum θερμὸν καὶ θερμότητα φυσικὴν, ἢ φυσικόν, σὺμ φυσικόν, ζῳτικὴν, ψυχικὴν hinc inde appellat: verum etiam nonnunquam πνεῦμα σὺμ φυσικόν, ut in lib. de anim. motu c. 10. & 2. de gener. an. c. 3.

49. Verba postremi illius loci placet hic recensere, cum & Scaligero patrocinentur, & naturam atque essentiam caloris eleganter exprimant: θερμὸν τὸ π, inquit Aristoteles, & πῦρ, ὅτε τοιαύτη δυνάμις ἐστὶ, ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ πνεύματι καὶ ἐν τῷ ἀφρώδῃ πνεῦμα, καὶ ἢ ἐν τῷ πνεύματι φύσις ἀλόγος & ἴσα τῶν ἄσρων στοιχείων. Vbi etiam calorem dicit esse ὁρτότερον τῶν καλυμένων στοιχείων.

50. Caterum constat etiam calorem vitalem & vinculi & instrumenti nomen sibi vindicare.

51. Vinculum quidem dicitur, quia tanta est corporis & anima diuersitas, ut vniri nequeant, nisi intercedat, quod virg. quasi sit ἀλόγος, cuius natura & conditionis est ille calor, qui animam corpori alligat, eamque tanquam in tenebricoso carcere detinet.

52. Instrumentum verò, quia teste Aristotele in 7. Phys. & in 1. de ortu & inter. omnis motus & operatio in rebus naturalibus fit per contactum; Anima verò quæ est τὸ παρὲχον τοῖς ζῴοις τὴν κίνησιν. 1. de an. 1. immediate per contactum nihil agit, quia contactus fit per eiusmodi qualitates, quarum ipsa cum nec corporea, nec calida nec frigida sit, planè est expers.

B

53. Er-

53. Ergo calor est eiusmodi instrumentum, & quasi si-
dus anime minister, qui arcana quadam virtute ab ea con-
citatus nunquam quiescit, sed assiduò, tanquam ad nutum &
imperium illius, suum in corpore facit officium: Hinc ele-
ganter τὸ δευτέρῳ ἐν ἡμῶν ὥστερ ἥδον, dicitur Aristoteli: Ipsum
verò animal ὥστερ πόλις ἐνομομένη.

54. Anima enim in corde quasi Rex in arce residens,
non tantum calori hìc recipiendi, illic concoquendi, alibi dissi-
pandi vel excludendi, & id genus alias operas mandat:
Verum & ipsa ubiq; per emanationem, ut loquuntur, prestò
est, & ad omnes operas suas quasi oculorũ aut luminis radios
conuertit, ut ritè fiant, quæ ad vitæ pertinent sustentandam.

55. Atq; hæcenus ostensum est quomodo anima bene-
ficio caloris in viuente permaneat: Et siquidem αἰάκη ἀνα-
τὸ ἢ ἔην ὡς ἀρχὴ καὶ τὴν ἔδεμς στήνησαν. 2. de iuu. & sen.
nunc ulterius indagandum est, quæ ad ipsius caloris conser-
uationem faciant.

56. Causa enim proxima totum quiddam est, ut A-
ristoteles poster. Anal. c. 14. loquitur, hoc est, interpretan-
te Zab. continet in se totam aliarum remotarum causa-
rum vires & congeriem. Adde his, quod confuse saltem vel
minus notum sit τὸ διότι siue posita causa, nisi remotarum et-
iam causarum conditiones noueris, ut in poster. Analyt. & in
lib. de regressu Zab. confirmat.

57. Hic igitur primo loco considerandum est τὸ ὕγρον
σύμφυτον, humor quem Medici, quod quasi radix vitæ sit, ra-
dicalem vocant, isq; veluti ὡς ἐκκαίματα, ut Hipp. loquitur,
seu pabulum quoddam ad permansionem caloris omninò est
necessarius. Hinc Aristoteles 1. Hist. an. c. 3. ἐξ αὐτοῦ καὶ ὕγρότητος
παῖς ἥδον, ἢς τελεσιγόμενα ἢ φύσιν ἢ βίαν φθείρει.

58. Est autem is humor huic melior & prastantior, illi
deterior, prout in ipsa cuiusq; viuents generatione insitus est:
Verum

Verum ut sit, quantisper calorem fouet, licet id per longam
etiam consuetudinem agerrime fiat, vitam una sustentat:
Huc refer illud Aristotelis quest. sect. duodecesima: μέγα
ἐστὶν ἐκείνοις, φύσις γὰρ γίνεσθαι ἡδύη.

59. Πρὸς τὴν τοῦ ζῆν καὶ πρὸς τὴν μακροβιότητα, requirun-
tur humoris illius conditiones, quarum eiusmodi ponit funda-
mentum Aristoteles, 2. οὐ μακροβ. Δὲ λαβεῖν, ὅτι τὸ ζῶν ἐστὶ
φύσις ὕδρον καὶ θερμόν, καὶ τὸ ζῆν τοῖστέον. Cui adde illam ex 1.
cap. de respir. ὑποθεσιν· αἷμα δ' ὀπταῖν κατὰ φύσιν γήρας.

60. Vnde duae generales conditiones illius humoris con-
stituuntur, Eum sc. neg. ὀξέστατον, neg. ὀπικτόν, seu ὀψυ-
κτόν esse debere.

61. Ex quibus speciales conditiones existunt eiusmodi:
1. Humidum radicale sit λιπαρόν: 2. ὀσηπτόν, quae est quasi
prioris ὁρίσματα. 3. ὀκὸλίγον, ita tamen, ut etiam τῷ δ'
θερμῷ ὡληθὲς respondeat eius quantitas. 4. θερμόν. 5. μὴ πε-
ριτρωματικόν.

62. Contrariae conditiones humidi vel in ipso prima a-
etatis flore morbosam senectutem afferunt, adeoque βραχυβιό-
τητες. Et praematura mortis causa sunt. Vnde infantes quos-
dam vix utero egressos ταχυθνήσκοντες esse, Et vix ephemerū
animalculi vitam assequi videmus; sicut Et adultiores, pro-
pter calorem ab humore minus benigno ex offensa vel leuissi-
ma dissolutum Et extinctum una facillime extinguuntur.

63. Quamuis autem secundum positas conditiones ca-
lori quam optime conueniat humor ille: tamen indies magis
magisq. calore praesertim aduentitio depascitur Et consumi-
tur, cum quo una etiam aetherea illa flammula flaccescit, Et
paulatim in auram dissoluitur: quo fit, ut cum Philosophis
medici corpus nostrum in perpetuo fluxu esse affirmant.

64. Hinc ulterius nutritio nobis venit consideran-
da, quae est humidi radicalis Et ceterarum partium,

quarum aliqua diminutio facta est, instauratio, ad vitam
conseruandam omnino necessaria.

65. De cuius necessitate Aristoteles 2. de an. 4. inquit:
σερεθὲν τοῦ φῆς ἐ δυνάμει εἶναι. Et 5. Metaph. c. 5. necessarium
dicitur, sine quo non contingit viuere tanquam concausa,
ut respiratio & nutritio animali adeo necessaria sunt, ut
absq. his planè esse nequeant.

66. Ad nutritionem autem requiritur alimenti cum
partibus nutriendis & sustentandis conuenientia, cui inser-
uit concoctio.

67. Hæc pro diuersitate viuentium diuersa & multi-
plex est: In animalibus verò triplex, quarum prima χύλωσις.
2. αἱμάτωσις. 3. ὁμοίωσις dicitur: Quæ concoctiones quo in
vno quoq. meliores & perfectiores existunt: eò non tantum
nutritionis, verum etiam totius vitæ tam animales quàm
vitales functiones reddunt iucundiores, expeditiores &
diuturniores.

68. Vnde πῶς εἶναι inferri potest, ὁ δαίτης per caloris
vbique promptam & expeditam operam non tantum ad mu-
neris sui functiones, esse habiliores, verum etiam πολυχερονίω-
τέρας: γαστριμάργας verò sine λαιμάργας, calore solius ventris
operibus destinato, nec sibi nec alijs prodesse, sæpe etiam nimia
ingluvie non secus ac αὐτὸς ἑχέας sibi metipsis cruentas manus
inferre.

69. Εὐδαίτοι (ut id ὡς ἐν παρόδῳ moneamus) illic vo-
cantur, non qui ciborum delicias sectantur, aut qui ob na-
turalem corporis dispositionem, accedente lauta diata habi-
liores euadunt aut faciliè crassescunt: Hi enim facilius etiam
natura cedunt, iuxta aphor. 44. sect. 2. οἱ παχέες σφόδρα
κατὰ φύσιν ταχυδαίτοι γίνονται μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν:

70. Sed intelligimus istic ὀλιγοδαίτας, quiq. obseruant,
inter ceteras vtiliſſ. admonitiones, aphorismū illum, Hipp. 6.

Epi.

Epidem. Ἀσκητικὴ ὑγιείας ἀκοσίη τοῦ Φῆς, ἀσκήνη πόνων.

71. Porro ad diata considerationem refer ceteras res, quas non naturales vocant Medici, ceu sunt: aër, somnus & vigilia, motus & quies, Euacuatio, & animi affectus.

72. Quae cum ad vitae causas magna ex parte remotissimas pertineant, ὡς ἐν περὶ θεωριῶν recensemus, addito aphorismo Hipp. 6. Epidem. part. 6. aph. 5. πόντοι, σίλη, ποτὰ, ὑπνοι, ἀφροδίτια, πάντα μέγιστα: Singula enim accuratius ἀναλύει siue ἀναγλύφει, non est huius instituti.

73. Aëris autem mentio nos deducit ad respirationem & pulsum, quae primo ferme loco in causis remotis ponenda erant: Non enim minus caloris refocillationi & vitae inserviunt, ac ipsa nutritio.

74. Ut enim nutritio humores & partes solidas reficit & instaurat: Ita respiratio ac pulsus calorem & spiritus quasi nutriunt, fouent & temperant, ne interclusi accendantur, & subiectas partes planè comburant.

75. Vnde illud medicorum simile: Quemadmodum Epar à natura conditum est ad sanguinis generationem: Ita pulmones ad aëris concoctionem, qui propterea non immerito spirituum & caloris promtuarium appellantur.

76. Verum non omnibus viuentibus respiratio competit. τοῖς γὰρ φυτόις ἢ ἀπὸ τῆς τοῦ Φῆς καὶ τῆς θερμότητος ἢ ἐκ τῆς ὑγρότητος καὶ τῆς ψυχρότητος. de iuu. & sen. 3.

77. Idem de aquatilibus plerisque affirmatur, quae sui caloris refocillationem habent in aquis: τῶν ζώων τὰ ἐν ὕδατι τὰ ὑδατὶ πορὶ (ἐν) τῷ κατὰ ψυχρὸν. ibidem.

78. Cetera verò animalia ἐν ἀέρι πορὶ (ἐν) τῷ κατὰ ψυχρὸν: Eaγ, refrigeratio per respirationem & pulsum ita necessaria est, ut vix ultra momentum ἀπὸ τῆς viuique queant.

79. Quemadmodum enim Carbores igniti operculo antè obiecti citò extinguuntur: Sin autem reciprocus aër ad-

mittatur, diutius viuunt: Ita quantisper respirationis instru-
menta calori & spiritibus in corde reciprocam aërem elabo-
ratum afflant, inuilesq. fumos ac fuligines attractos expel-
lunt, tantisper calor cum humore suo fouetur, & ceteris pa-
ribus, incolumis persistit.

80. Hinc Aristoteles tantum tribuit respirationi, ut ἡ ζῆν ὅσον εἶναι τὴν ἀναπνοὴν affirmet, 1. de an. 2. Item ἡ δὲ χη τῆς ζωῆς ἐκλείπει τοῖς ἔχουσι, ὅταν μὴ κατὰ φύσιν τὸ θερμὸν τὸ κοινὸν εἴναι αὐτῆς, lib. de vita 1. Et ἐν τῷ ἀναπνεῖν ἡ ἐκπνεῖν ἐστὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ διαβιῆσθαι. de respir. 1.

81. Sed moderatam esse decet illam refrigerationem: Qua si in ἐνέμοις καρδίαις, aut in αἰαίμοις ἀλόγον deficit: γινώμενης ὑπέρτατης κατὰμαραίνε τὸ πῦρ. 1. de vita: διὰ τὸ μικρὰν εἶναι τὴν ῥοπλὴν ἢ ψυχικῆς πύργος de respir. 6.

82. Sin autem nimia est; calor extinguitur: διὸ τὴ μὲν ἄλλων μορίων ψυχόμενων ὑπομένει τὸ ζῆν, ἢ δὲ ἐν καρδίαις, φθίρει πάμπαν, διὰ τὸ τὴν δέχλην ἐντεῦθεν τὸ θερμότητος ἡγήσασθαι πᾶσι καὶ τῆς ψυχῆς ἑ. 2. de iuu.

83. Hinc & in nimia tristitia constricto corde, factaq. spirituum deflagratione: Et in nimio gaudio dilatato eodem, spiritibus cum calore velessus, vel frigidiore aëre oppressis (quod fieri potest meatibus per κατὰπλήξιν nimis diu paten-
tibus) subito extingui homines prater rationem ἀξιοπίστου & experientia testatur.

84. Atq. ita παχυλῶς καὶ ὡς περ γόμας ἕνεκα etiam remotas vite causas delibauimus, pro quarum varietate plurimum & commodi & incommodi animantium vita accedit. Restat ut cum sine vite toti huic disputationi Colophonem imponamus. Eum enim non immerito subiicimus.

85. ὡς περ γὰρ οἱ θεοὶ ἕνεκα τῆς ποιῆς. τὸ αὐτὸ τρέπον ἡ φύσις, Et μηδὲν ἡ φύσις ποιῆ μάττω, μήτε διαλείπει τὴ ἀναγκαίαν ut Aristoteles inquit 2. Phys. ἑ. 2. de an. 4. ἑ. 3. de an. 9.

86. Si autem natura diuina illa & ἀγαθὴ εἰκονόμος ut ab Arist.

Arist. & Hipp. nuncupatur, totum corpus organicum fabrica-
uit, ut esset anima quasi edificiū, 2. an. 4. nihil obstat quin et-
iam vitam, ut ipsius corporis animati propriam affectionem
in singulis animantiū generib. anima causa esse affirmemus.

87. Sic animam Aristot. πολλαχῶς ἔχοντα σώματα
αἰτίας esse statuit, 2. de an. 4. ingens: ὅμως δ' ἡ ψυχὴ κατὰ αὐ-
τὴν διηρημένης τρεῖς αἰτίαι. 1. καὶ τὸ ὅθεν ἡ κίνησις αὐτῇ. 2. καὶ
τὸ ἐνεκα. 3. καὶ ὡς ἡ ἐστία τῶν ἐμφύτων σωματίων.

88. Cum autem unius rei multi fines esse possint sed sub-
ordinati; consideremus hic, quam eleganter & verè dictum
sit à Philosopho in 1. Met. 2. πολλαχῇ ἡ φύσις τῶν αἰσθητῶν δέλη.

89. Planta enim viuunt non tantum sibi, verum & bru-
tis animalibus, & vnà cum his etiam hominis vita inseruiunt,
cuius ulterius finis est anima humana.

90. Hec de vita essentia & causis ἀπαθείερον καὶ σαφέτερον
posuisse sufficiat: Qua deducunt nos & ad fragilitatis nostrae
contemplationem, & ad observationem earū rerum quae aut
prodesse aut obesse solent: Vnde non tantum valetudinis cu-
ra, verum & pietatis amor in nobis excitabitur, quorum illa
μακροβιότης, hic pie ad momentaneam mortem prepara-
tionis causam suppeditabit.

ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΑ.

I. Q. Num posita vitae definitio competat etiam fe-
minibus & Embryonibus in vtero primo quoq; forma-
tionis tempore? affirmatur.

II. An simpliciter verum sit Scaligeri enunciatum Ex-
ercit. 275. vbi inquit, Constantissima verissimaq; sententia
est, temperaturam non esse μακροβιότης causam, sed a-
stra ipsa? Negatur.

III. Cum Aristoteles in 1. Meteor. 4. omninò etiam
elementorum calorem à coelo ortū esse: In 2. verò de gen.
anim. 3. duplicem calorem statuatur, vnum Elementarem,
cui nulla sit vis gignendi animatum corpus, alterum
æthere-

æthereum, qui sit *Idoreus* & vitalis: Quæritur, ut *enunciatio*
Phæda tollatur, utrum is utring; vera enunciet? Affirma-
tur.

IV.

Quæritur quomodo serofus humor vesicam sub-
eat? an, veluti sudor per poros cutis, ita is solutus in ha-
litus per tunicarum vesicæ poros occultè (ceu Heracli-
tus teste Aristotele, & Asclepiades opinati sunt)
an verò per vretes, transeuntes ipsam ve-
sicam, destillet? Afferitur quæstionis
pars posterior.

F I N I S.

